



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXVI. De officio Sacristæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

TITVLVS XXV.
DE OFFICIO PRIMICERII.

Quem alii Primicerium appellant, eod quod in cerata tabella primum locum post Archidiaconum & Archiprefbyteum obtineat, alii vocant Scholasticum, Cantorem, seu Praecentorem: Officium illius describitur in *c. uni. h. t.* Et si in Ecclesia illa praeminentiam habeat

inter alios Canonicos, ita ut illos ratione officii sui in Choro, Capitulo, Processionibus praecedat, dignitatem seu Personatum habere dicitur, quod idem de Thesaurario, Custode, Succentore dendum est.

TITVLVS XXVI.
DE OFFICIO SACRISTÆ.

Sacrista in aliis quibusdam Ecclesiis Thesaurarius dicitur; ejus curæ omnis sacrorum vasorum, vestimentorum

Ecclesiasticorum, luminum comparandorum, & totius Thesauri Ecclesiastici cura commissâ est, juxta *c. uni. h. t.*

TITVLVS XXVII.
DE OFFICIO CUSTODIS.

Custos est quasi Minister Sacristæ, & ideo illius officium facillè ex prior titulo colligitur, & ex duplici hujus

tituli capitulo ac *extravag. quia custos. uni. h. t. inter communes.*

TITVLVS XXVIII.
DE OFFICIO VICARII.

Vicarius in genere dicitur, qui vices alterius gerit, in cujus locum, aucto-

ritate legitimâ substituitur. Sunt autem Vicariorum duo genera. Alii dicuntur Vica-